Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Iusticiam tuam non abscondi in corde meo · ueri
tatem tuam & salutare tuum dixi ·
Non abscondi misericordiam tuam · & ueritatem
tuam a concilio multo ·
Tu autem dñe ne longe facias miserationes
tuas a me · misericordia tua & ueritas tua semper
susceperunt me ·
Quoniam circumdederunt me mala quorum
non est numerus · comprehenderunt me iniquita
tes mee · & non potui ut viderem ·
Multiplicate sunt super capillos capitis mei ·
& cor meum dereliquit me ·
Complaceat tibi dñe ut eruas me · dñe ad adiu
uandum me respice ·
Confundantur & reuereantur simul qui quaerunt
animam meam ut auferant eam ·
Conuertantur retrorsum & reuereantur qui uo
lunt michi mala ·